13 tutove iure dicundo praefuit, ante legem sei|ve illud pl. sc.
14 est, quod L. Roscius a. d. V eid. Mart. populum | plebemve
15 rogavit, quod privatim ambigetur, iuris dict[*i*]o iudicis ar-
16 bitri recuperatorum datio addictiov[*e fuit*] | quantaeque rei
17 pequniaeve fuit: eius rei pequn[*iaeve*] | quo magis privato
18 Romae revocatio sit qu[*ove mi*]|nus quei ibei i. d. p. d. e. r.
19 ius dicat iudice[*m arbitrumve det,*] | utei ante legem sive illud
20 pl. sc. est, [*quod L. Roscius a. d.*] | V eidus Mart. populum
21 plebe[*mve rogavit,* | *ab eo quei ibei i. d. p. ius di*]ci iu[*dicem
arbitrumve dari oportuit, ex h. l. n. r.*]

XXXIII. Lex Iulia municipalis.

a. 709

1 312. . . . ‖ Quem h. l. ad cos. profiterei oportebit, sei is, quom eum
2 profiterei oportebit, Romae non erit, tum quei eius | negotia
curabit, is e*a*dem omnia, quae eum, quoius negotia curabit,
3 sei Romae esset h. l. profiterei | oporte*b*it, item isdemque
diebus ad cos. profitemino. |

4 Quem h. l. ad cos. profiterei oportebit, sei is pup. seive ea pu.

312. Tabula aenea, alta m. 1,33, lata m. 0,38, olim bipertita. altera inferior pars (vs. 76—163) anno 1732 in fluvio Salandrella prope Heracleam, altera superior a. 1735 ibidem rep. est, nunc utraque in museo Neapolitano. in antica antiquior titulus graecus est inscriptus. = I 206; R. XXXIII, XXXIV; Ga. 1060; Savigny, verm. Schr. III 279 sqq.; Bruns. l. l. p. 95 sqq.

---

311 B 2 addicetur *tab.* adducetur *Momms.* 6 volet *ins. Alibrandi.* 8 *ante* quibus *fortasse* de *excidisse suspicatur Momms.* 10 quemque *tab.* quoque *Momms.* quoquomque *Alibrandi.* 312 2 'eafdem' eaedem *Ga.* 3 oporteret *Momms.*

erit, tum quei eius pup. pu.ve tutor erit, item eadem|que 5
omnia in iisdem diebus ad cos. profitemino, ita utei e*t* quae
quibusque di*e*bus eum eamve, sei pup. pu.ve non | es*s*e*t*, h. l. 6
profiterei oporteret. |

Sei cos., a*d* que*m* h. l. professiones fierei oportebit, Romae non 7
erit, tum is, quem profiterei oportebit, quod eum profiterei |
oportebit, ad pr. urb., aut sei is Romae non erit, adeum 8
pr., quei inter peregrinos ius deicet, profitemino, ita utei |
eum ad cos., sei tum Romae esset, h. l. profiterei oporteret. 9

Sei ex eis cos. et pr., ad quos h. l. professiones fierei oportebit, 10
nemo eorum Romae erit, tum is, quem profiterei oportebit, |
*q*uod eu*m* profiterei oportebit ad tr. pl. profitemino, ita ute*i* 11
eum ad cos. pr.*que* urb. eumque quei inter peregri|nos ius 12
deicet, sei tum Romae esset, h. l. profiterei oporteret. |

Quod quemquem h. l. profiterei oportebit, is, apud quem ea pro- 13
fessio fiet, eius que*i* profitebitur nomen, et ea quae pro|fes- 14
sus erit, et quo die professus sit, intabulas publicas refe-
runda curato, eademque omnia, quae uteique intabulas | ret- 15
tulerit, *i*ta intabulam in album referunda *curato*, idque aput
*f*orum, et quom frumentum populo dabitur, ibei ubei frumen|-
tum populo dabitur, cottidie maiorem partem diei propositum 16
habeto, u. d. p. r. l. p. |

Queiquomque frumentum populo dab*i*t damdumve curabit, nei- 17
qu*oi* eorum, quorum nomina h. l. ad cos. pr. tr. pl. inta|bula 18
inalbo proposita erunt, frumentum dato neve dare iubeto
neve sinito. quei ad versus ea eorum qu*o*i frumentum | de- 19
derit, is in tr. m. I HS IↃↃↃ populo dare damnas esto, eius-
que pecuniae quei volet petitio esto. |

Quae viae in urbem Rom., propiusve u. R. p. CIↃ ubei continente 20
habitabitur, sunt erunt, quoius ante aedificium earum quae |
vi*a* er*i*t, is eam viam arbitratu eius aed., quoi ea pars urbis 21
h. l. ob venerit, tueatur; isque aed. curato, uti, quorum |
ante aedificium erit, quamque viam h. l. quemque tueri 22
oportebit, ei omnes eam viam arbitratu eius tueantur, neve

312 5 'ei' 'diibus' 6 'est' 7 'atque' 11 'et quod eum eum' 'utet'. que *ins. Momms.* 13 'einsque' 15 'eta'. curato *ins. Momms.* 'eorum' 17 'dabunt' 'que' *pro* ad *Momms.* a *exspectat coll. vs. 41, 147.* 18 'quei' 21 'viae erunt' tueto *pro* tueatur *coni. Momms.*

23 eo | loco a*qua* consistat, quominus conmode populus ea via
utatur.

24 Aed. cur. aed. pl., quei nunc sunt, queiquomque post h. l. r.
factei createi erunt eumve mag. inierint, iei indiebus V pro-
25 xumeis, | quibus eo ma*g*. designatei erunt eumve mag. inierint,
inter se paranto aut sortiunto, qua inpartei urbis quisque |
26 eorum vias publicas in urbem Roma*m*, propius ve u. R. p.,
ↀ reficiundas sternendas curet, eiusque rei procurationem |
27 habeat. quae pars quoique aed. ita h. l. ob venerit, eius
aed. ineis loceis, quae inea partei erunt, viarum reficien|-
28 darum tuemdarum procuratio esto, utei h. l. oportebit. |

29 Quae via *int*er aedem sacram et aedificium locum ve publicum
30 et inter aedificium privatum est erit, eius | viae partem dimi-
diam is aed., quoi ea pars urbis ob venerit, inqua parte ea
31 aedis sacra erit seive aedificium | publicum seive locus pu-
blicus, tuemdam locato.

32 Quemquomque ante suum aedificium viam publicam h. l. tueri
33 oportebit, quei eorum eam viam arbitratu eius aed., | quoius
oportuerit, non tuebitur, eam viam aed., quoius arbitratu
34 eam tuerei oportuerit, tuemdam locato; | isque aed. diebus
ne minus X, antequam locet, aput forum ante tribunale
35 suom propositũm habeto, quam | viam tuendam et quo die
locaturus sit, e*t* quorum ante aedificium ea via sit; eisque,
36 quorum ante aedificium | ea via erit, procuratoribusve eorum
domum denuntietur facito, se eam viam locaturum, et quo
37 die locaturus | sit; eamque locationem palam inforo per q.
urb., eumve quei aerario praerit, facito. quamta pecunia
38 eam | viam locaverit, tamtae pecuniae eum [*e*]osque, quorum
39 ante aedificium ea via erit pro portioni, quamtum | quoius-
que ante aedificium viae inlongitudine et inlatitudine erit,
40 q. urb., queive aerario praerit, intabula*s* | publicas pecuniae
factae referundum curato. ei quei eam viam tuemdam rede-

---

312 23 ao *tab.* *quam formam esse oscam pro Latina* aqua *a scalptore Heracleensi iniectam contendit Bergk, kl. philol. Schriften I hrsggb. v. R. Peppmueller 1884 p. 11 Anm. 6* 26 mac. *pro* mag. 'Roma' L *(cf. vs. 16, 17) tab.* 29 viam per *tab.* via ampert *i. e. via inter: Bergk.* 32 suom *mavult Momms.* 35 'ei' 38 'osque' 39 'tabula' 40 et ei *Momms.* 'quii'.

merit, tamtae pecuniae eum eos|ve ad tribuito sine d. m. 41
sei is, quei ad tributus erit, eam pecuniam diebus XXX pro-
xum*e*is, quibus ipse aut pro|curator eius sciet adtributionem 42
factam esse, ei, *q*uoi ad tributus erit, non solverit neque
satis fecerit, is | quamtae pecuniae ad tributus erit, tamtam 43
pecuniam et eius dimidium ei, quoi ad tributus erit, da*r*e
debeto, | inque eam r*e*m is, quo quomque de ea re aditum 44
erit, iudicem iudiciumve ita dato, utei depecunia credita |
(iudicem) iudicium*v*e dari oportebit. | 45

Quam viam h. l. tuemdam locari oportebit, aed., quem eam viam 46
tuendam locare oportebit, is eam viam per | q. urb., queive 47
aerario praerit, tuemdam locato, utei eam viam arbitratu
eius, quei eam viam locandam | curaverit, tueatur. quamtam 48
pecuniam ita quaeque via locata erit, t. p. q. urb., queive
aerario praerit | redemptorei, quoi elege locationis dari 49
oportebit, heredeive eius damdam ad tribuendam curato.

Quominus aed. et IIIIvir. vieis in urbem purgandeis, IIvir. vieis 50
extra propiusve urbem Rom. passus [cIↄ] | purgandeis, quei- 51
quomque erunt, vias publicas purgandas curent eiusque rei
potestatem habeant, | ita utei legibus pl.ve sc. s.*ve* c. oportet 52
oportebit, e(*or*)um h. l. n. r. |

Quoius ante aedificium semita inloco erit, is eam semitam, eo 53
aedificio perpetuo lapidibus perpetueis | integreis continentem, 54
constratam recte habeto arbitratu eius aed., quoius inea
parte h. l. viarum | procurat*io* erit. | 55

Quae viae in u. R. sunt erunt intra ea loca, ubi continenti hab*e*- 56
tab*e*tur, nequis inieis vieis post k. Ianuar. | primas plostrum 57
interdiu post solem ortum, neve ante horam X diei ducito
agito, nisi quod aedium | sacrarum deorum inmortalium 58
caussa aedificandarum, operisve publice faciumdei causa, ad-
v*e*hei porta|ri oportebit, aut quod ex urbe ex ve ieis loceis 59
earum rerum, quae publice demolienda[*e*] loca[*tae*] erunt,
publi|ce ex portarei oportebit, et quarum rerum caussa 60

312 41 ʻproxumiisʼ 42 ʻonoiʼ 43 ʻdapeʼ 44 ʻrimʼ 45 indicem *ins. Momms.* indiciumque *tab.* oporteret *Momms.* 50 cIↄ *deest in tab.* 52 ve *ins. Momms.* ʻeumʼ eius *aut* eorum *Momms.* 55 ʻprocuratorʼ 58 ʻadvheiʼ 59 ʻdemolienda locaʼ.

61 plostra h. l. certeis hominibus certeis de causeis agere | ducere licebit. |
62 Quibus diebus virgines Vestales, re*gem* sacrorum, flamines plo-
63 streis in urbe sacrorum publicorum p. R. caussa | vehi oportebit, quaeque plostra triumphi caussa, quodie quisque trium-
64 pha*b*it, ducei oportebit, quaeque | plostra ludorum, quei Romae [*p. p. cIↄ.*] publice feient, inve pompam ludeis circiensibus
65 ducei agei opus | erit: qu*o* minus earum rerum caussa eisque diebus plostra interdiu in urbe ducantur agantur, e. h. l. n. r. |
66 Quae plostra noctu in urbem inducta erunt, quominus ea plostra
67 inania aut stercoris ex portandei caussa, | post solem ortum h. X diei bubus iumenteis ve iuncta in u. R. et ab u. R. p. M esse liceat, e. h. l. n. r. |
68 Quae loca publica porticusve *p*ublicae in u. R. p.ve u. R. p. M
69 sunt erunt, quorum locorum quoiusque porticus | aedilium *e*orumve mag., quei vieis loceisque publiceis u. R. p.ve u. R.
70 p. cIↄ purgandeis praerunt, legibus | procuratio est erit, neiquis in ieis loceis inve ieis porticibus quid in aedificatum inmo-
71 litomve habeto, | neve ea loca porticumve quam possideto, neve eorum quod saeptum clausumve habeto, quominus eis |
72 loceis porticibusque populus utatur pateantve, nisi quibus uteique leg. pl.ve sc. s.ve c. concessum permissumve e. |
73 Quibus loceis ex lege locationis, quam censor aliusve quis mag.
74 publiceis vectigalibus ultrove tributeis | fruendeis tuendeis ve dixet dixerit, eis, quei ea fruenda tuendave condu[*c*]ta ha-
75 bebunt, ut utei fruei liceat | [*a*]ut utei ea ab eis custodiantur, cautum est: ei quominus ieis loceis utantur fruantur ita,
76 utei quo*i*que eorum ‖ [*ex l*]e[*ge loca*]tionis ieis [*sine d. m.*] utei fruei licebit, ex h. l. n. r. |
77 Quos lud[*os*] quisque Romae p.ve u. R. p. cIↄ faciet, quominus ei
78 eorum ludorum caussa scaenam pulpitum ceteraque, | quae ad eos ludos opus erunt, inloco publico ponere statuere,
79 eisque diebus, quibus eos faciet, loco publico utei | liceat, e. h. l. n. r. |

---

312 62 'rex' 63 'triumphavit' 64 ludorum caussa *exspectat Momms.* p. p. cIↄ *ins. Momms. coll. vs. 77* 65 'quove' 67 ortum ad h. X *exsp. Momms.* 68 'bublicae' 69 'forumve' 75 'ut' 'quoque' 76 sine d. m. *suppl. Momms.*

Quei scribae librarei magistratibus apparebunt, ei quominus loceis 80
publiceis, ubei is, [*quoi*] quisque eorum apparebunt, | iuserit, 81
apparendi caussa utantur, e. h. l. n. r.

Quae loca serveis publiceis ab cens. habitandei utendei caussa ad 82
tributa sunt, ei quominus eis loceis utantur, e. h. l. n. r. |

Queiquomque inmunicipieis coloneis praefectureis foreis concilia- 83
buleis c. R. IIvir. IIIIvir. erunt, aliove | quo nomine mag. 84
potestatemve su*f*ragio eorum, quei quoiusque municip*i* coloniae
praefecturae | for*i* conciliabuli erunt, habebunt: neiquis eorum 85
que*m* in eo municipio coloni*a* praefectur*a* *f*oro conciliabu|lo 86
(in) senatum decuriones conscriptos ve legito neve sublegito
neve c*o*ptato neve recitandos curato, | nisi indemortuei dam- 87
nateive locum eiusve, quei confessus erit, se senatorem de-
curionem conscreiptumve | ibei h. l. esse non licere. | 88

Quei minor annos XXX natus est erit, neiquis eorum post k. 89
Ianuar. secundas inmunicipio colonia praefe|ctura IIvir. IIIIvir. 90
neve quem alium mag. petito neve capito neve gerito, nisei
quei eorum stipendia | equo in legione III, aut pedestria in 91
legione VI fecerit, quae stipendia in castreis inve provincia
maiore*m* | partem sui quoiusque anni fecerit, aut bina se- 92
mestria, quae ei pro singuleis anneis procedere oporteat|,
(dum taxat quod ei legibus pl. sc. procedere oportebit), aut ei vo- 93
cat*i*o rei militaris legibus pl.ve sc. exve foidere erit, quo-
circa eum inveitum merere non | oporteat. neve quis, que[*i*] 94
praeconium dissignationem libitinamve faciet, dum eorum
quid faciet, inmuni cipio colonia praefectura IIvir. IIIIvir. 95
aliumve quem mag. petito neve capito neve gerito neve
habeto, | neve ibei senator neve decurio neve conscriptus 96
esto, neve sententiam dicito. quei eorum exeis, quei s. s.
s., | adversus ea fecerit, is HS IↃↃↃ p. d. d. e., eiusque pe- 97
cuniae quei volet petitio esto. |

Queiquomque inmunicipio coloni*a* praefectura post k. Quict. 98
prim. comitia IIvir. II*II*vir. aleive quoi mag. | rogando 99

---

312 80 quoi *ins. Momms.* 84 'sueragio' 'municipia' 85 'foro' 'eorumque' 'coloniae praefecturat' 'eoro' 86 in *ins. Momms.* coaptato *tab.* 91 'maiora' 92 anneis *(cf. vs. 102) tab. post* oporteat *Momms. inseruit e vs. 102—103:* dumtaxat quod *e. q. s.* 93 'vocato' foedere *magis placet Mommseno.* 94 'quisque' 98 'coloniae' 'Quict.' 'IIR. VIR'.

sub rogandove habebit, is nequem, quei minor anneis *XXX*
100 natus est erit, IIvir. III*I*vir., quei*ve* ibei | alium mag. habeat, renuntiato neve renuntiarei iubeto, nisi quei stipendia
101 equo inlegione III, aut sti|pendia pedestria in legione VI fecerit, quae stipendia incastreis inve provincia maiorem par-
102 tem sui | quoiusque anni fecerit, aut bina semestria, qua ei
103 pro singuleis annueis procedere oporteat, çum eo | quod ei legibus pl.ve sc. procedere oportebit, aut ei vocatio rei mili-
104 taris legibus pl.ve sc. ex ve foedere | erit, quo circa eum invitum merere non oporteat. neve eum, quei praeconium
105 dissignationem .libitina*m*ve faciet, dum eorum quid | faciet, IIvir. IIII̦vir., queive ibei mag. sit, renuntiato, neve insena-
106 tum neve inde|curionum conscriptorum*ve* numero legito, sub legito coptato neve sententiam rogato neve dicere neve |
107 ferre iubeto sc. d. m. quei ad versus ea fecerit, is HS Iↄↄↄ p. d. d. esto, eiusque pecuniae quei volet petitio esto.
108 Quae municipia coloni*ae* praefectur*ae* fora conciliabula c. R. sunt
109 erunt, neiquis ineorum quo municipio | colonia praefectura [*foro*] conciliabulo *in* senatu decurionibus conscreipteisque
110 esto, neve quo*i* ibi ineo ordine | *s*entemtiam deicere ferre liceto: quei furtei, quod i*ps*e fecit fecerit, condemnatus
111 pactusve est erit; | queive iudicio fiduci*ae* pro socio tutelae mandatei iniuriarum deve d. m. condemnatus est erit; queive
112 lege | Plaetoria ob eamve rem, quod adversus eam legem fecet fecerit, condemnatus est erit; queive depugnandei |
113 caussa auctoratus est erit fuit fuerit; queive iniure *(bonam copiam abiuravit)* ab iuraverit, bonamve copiam iuravit iura-
114 verit; quei*ve* | sponsoribus creditoribusve sueis renuntiavit renuntiaverit, se soldum solvere non posse, aut cum eis |
115 pactus est erit, se soldum solvere non posse; prove quo da-
116 tum depensum est erit; quoiusve bona ex edicto | eius, qu*ei* i. d. praefuit praefuerit, praeterquam sei quoius quom pu-

---

312 99 XXX *ins. Momms. e vs. 89.* IIlvir *tab.* quei ibei *tab.* ve *ins. Momms.* 102 *pro* cum eo *fortasse* dum t*(axat) legendum esse suspicatur Momms.* 103 'procedert' 104 'libitinanve' 105 mac IIIF. vir. *tab.* 106 conscriptorumve: ve *add. Momms.* 108 'colonia' 'praefectura' 109 'foro'. in *ins. Momms.* 'quoe' 110 'sententemtiam' 'ispe' 111 'fiducio' 113 bonam copiam abiuravit *et* ve *ins. Momms.* 116 quid 'praefuit'.

pillus esset reive publicae caussa abesset, | neque d. m. fecit 117
fecerit quo magis r.p. c. a., *(bona possessa proscriptave sunt
erunt),* possessa proscriptave sunt erunt; queive iudicio pu-
blico Romae | condemnatus est erit, quo circa eum inItalia 118
esse non liceat, neque inintegrum resti*tu*tus est erit; queive
ineo | municipio colonia praefectura foro conciliabulo, quoius 119
erit, iudicio publico condemnatus est erit; quemve | k. prae- 120
varicationis caussa accussasse fecisseve quod iudicatum est
erit; quoive aput exercitum ingnominiae | caussa ordo ad- 121
emptus est erit; quemve imperator ingnominiae caussa ab
exe*r*citu decedere iuset iuserit; | queive ob caput c. R. refe- 122
rundum pecuniam praemium aliudve quid cepit ceperit;
queive corpori quaestum | fecit fecerit; queive lanistaturam 123
artemve ludic*r*am fecit fecerit; queive lenocinium faciet.
quei | adversus ea inmunicipio colonia praefectur*a* foro con- 124
ciliabulo *(in senatu)* decurionibus conscripteisve *f*uerit | sen- 125
temtiamve dixerit, is HS IↃↃↃ p. d. d. esto, eiusque pecuniae
quei volet petitio esto. |

Quoi h. l. inmunicipio colonia praefectura foro conciliabulo sena- 126
torem decurionem conscriptum esse, | inque eo ordine sen- 127
temtiam dicere ferre non licebit, neiquis, quei ineo municipio
colonia praefectura | foro conciliabulo senatum decuriones 128
conscriptos habebit, eum insenatum decuriones conscriptos |
ire iubeto sc. d. m.; neve eum ibei sentemtiam rogato neive 129
dicere neive ferre iubeto sc. d. m.; neve quis, que*i* | ineo 130
municipio colonia praefectura, foro, conciliabulo sufragio
eorum maxumam potestatem habebit, | eorum quem ibei in- 131
senatum decuriones conscriptos ire, neve ineo numero esse
nive sentemtiam ibei dicere | ferreve sinito sc. d. m.; neve 132
quis eius rationem comitieis conciliove *(habeto, et si creatus
erit, eum adversus h. l. ieis comitieis conciliove)* creatum esse
renuntiato; neve quis, | quei ibei mag. potestatemve habebit, 133
eum cum senatu decurionibus conscript*(eis lud)*os spectare
neive in convivio | publico esse sineto sc. d. m. | 134

312 117 bona possesa proscriptave sunt erunt *ins. Momms.* 118 'restitus' 121 'exebcitu' 123 'ludicam' 124 'praefecturave' 'euerit' in senatu *ins. Momms.* 129 'quisque' 132 habeto *e. q. s. ins. Momms.* 'est' 133 'conscriptos spectare'

135 Quibus h. l. inmunicipio colonia praefectura foro conciliabulo in
136 s*e*nat*u* decurionibus conscripteis esse | non licebit, niquis
eorum inmunicipio colonia praefectura foro conciliabulo IIvir.
137 IIIIvir. aliamve | quam potestatem, exquo honore in eum or-
dinem perveniat, petito neve capito; neve quis eorum ludeis, |
138 cumve gladiatores ibei pugnabunt, inloco senatorio decurio-
139 num conscriptorum sed*e*to neve spectato; | neve convivium
publicum is inito; neive quis, que*m* adversus ea creatum
140 renuntiatum erit, ibei IIvir IIIIvir | esto, neve ibei m. po-
testatemve habeto. qu*ei* adversus ea fecerit, is HS IↃↃↃ p.
141 d. d. esto, eiusque pecuniae quei | volet petitio esto. |
142 Quae municipia coloniae praefecturae c. R. in Italia sunt erunt,
143 quei incis municipieis coloneis | praefectureis maximum mag.
maxim*a*mve potestatem ibei habebit tum, cum censor aliusve |
144 quis mag. Romae populi censum aget, is diebus LX proxu-
145 meis, quibus sciet Romae c*e*nsum populi | agi, omnium muni-
cipium colonorum suorum queique eius praefecturae erunt,
146 q. c. R. erunt, censum | ag*i*to, eorumque nomina praenomina,
patres aut patronos, tribus, cognomina, et quot annos |
147 quisque eorum habet, et rationem pecuniae, ex formula census,
148 quae Romae ab eo, qui tum censum | populi acturus erit,
pro posita erit, a*b*ieis iurateis accipito; eaque omnia intabulas
149 publicas sui | municipi referunda curato, eosque libros per
150 legatos, quos maior pars decurionum conscriptorum | adeam
rem legarei mittei c*o*nsuerint tum, cum e*a* res consuleretur,
151 adeos, quei Romae c*e*nsum agent, | mittito; curatoque, utei,
quom amplius dies LX reliquei erunt, antequam diem ei,
152 queiquomque Romae | censum age*t*, finem populi cesendi
153 faciant, eos adea*nt* librosque eius | municipi coloniae prae-
154 fecturae | edant; isque censor, seive quis alius mag. censum
155 populi aget, diebus V proxumeis, quibus legatei eius | muni-
cipi coloniae praefecturae adierint, eos libros census, quei
156 abieis legateis dabuntur, accipito, | s. d. m., exque ieis libreis,
quae ibei scripta erunt, intabulas publicas referunda curato,
157 easque tabulas | eodem loco, ubei ceterae tabulae publicae

---

312 135 'insinatum' 138 sedito *tab.* 139 'quei' 140 'quif' 143 'maximumve' 144 'cinsum' 145 'agunto' 148 'arieis' 150 'eas res' 'cinsum' 152 'agei' 'adeam'.

erunt, inquibus census populi perscriptus erit, condenda*s* curato. |

Qui pluribus inmunicipieis coloneis praefectureis domicilium ha- 158
bebit, et is Romae census erit, quo magis | inmunicipio co- 159
lonia praefectura h. l. censeatur, e. h. l. n. r. |

Quei lege pl.ve sc. permissus est *f*uit, utei leges in municipio 160
fundano municipibusve eius municipi daret, | seiqui*d* is post 161
h. l. r. ineo anno proxumo, quo h. l. populus iuserit, adeas
leges *(addiderit commutaverit conrexerit),* municip*i*s fundanos |
item teneto, utei oporteret, sei eai res abeo tum, quom pri- 162
mum leges eis municipibus lege pl.ve sc. dedit, | adeas leges 163
additae commutatae conrectae essent; neve quis intercedeto
neve quid facito, quominus | ea rata sint, quove minus muni- 164
cipis fundanos tenea*n*t eisque optemperetur. |

XXXIV. Tituli sepulcrales varii.

saec. VII. VIII

313. P. Buxurius P. f. | Truentines. quie. | coinomn Tracalo | arte tecta salve

314. M. Drusi M. l. Philodami | sibei et sueis. | veivont

315. [*P*] Iunius Cerdo | [*et*] P. Iunius Faustus | [*Q.*] Aufidioi Philarcuro | post obitum

316. P. Critonius P. f. Polio. | mater mea mihe | monumentum | coeravit, quae | 5 me desiderat | vehementer, me | heice situm in|mature. vale, sal|ve

317. Ultuma | suorum | Cupiennia | L. f. Tertulla | 5 fuveit quius | heic | relliquiae | suprema | manent

318. C. Lolius C. l. Pileros | C. Lolius C. l. Salvius | libertus 1
de sua | pecunia faciund. | 5 coeravit patron[*o*] | et sibi ami- 5

313. Lapis a. 1818 ad Truentum fluvium rep., nunc in curia Ripatransonensi. = IX 5279. **314.** Lapis Larini in aedibus Rocco. = I 1271, IX 752; Ga. 1752. **315.** Lapis S. Giovanni di Cagnano. = Ga. 1841; IX 4527. **316.** Lapis Romae in villa Lecce (Ga.) = I 1049; Ga. 1383. **317.** Lapis Romae in villa Pelluchia (Ga). = I 1051; Ga. 1385. **318.** Lapis Romae in museo Vaticano. = I 1062; R. XCIII A, enarr. p. 80; Ga. 1408.

312 157 'condenda' 158 *pro* et is *Momms. exspect.* sei is. 160 'euit' in *fortasse delendum esse put. Momms.* 161 sei quis is *tab.* addiderit *e. q. s. ins. Momms.* municipieis *tab.* 161 'teneat' 313 P. Buxurius [*P*] f. | Truentine(*n*)s(*is*) quie[*scit*] | coi nom(*e*)n Tracalo *Momms.* *fortasse* qui *(cf. quius 317, 5)* e[*st*] | cocnomen Tracalo.

cisque | Volminia Ↄ. l. Salvia, | Galio M. l. Euclida, Galiae | M. l. Hedylo, Popnia Q. l. Fausta; | in fr. p. XII, in ag. p. XX

319. Pesceniaes | Ↄ. l. Laudicaes | ossa heic sita | sunt

320. Q. Tiburti Q. l. | Menolavi | cultrari oss[*a*] | heic sita sunt

321. *h*]oc monimentu[*m* | *sibei et le*]ibreis soveis | [*fecit*] et leibravit | [*et expo*]livit

322. Hoc est factum monumentum | Maarco Caicilio. |
hospes, gratum est quom apud | meas restitistei seedes, |
bene rem geras et valeas, | dormias sine qura

323. a) Est hoc monimentum Marcei Vergilei Eurysacis, |
pistoris redemptoris: apparet
b) Fuit Atistia uxor mihei, | femina opituma
veixsit | quoius corporis reliquiae | quod
superant sunt in | hoc panario

324. Hospes quod deico paullum est; asta ac pellige.
heic est sepulcrum hau pulcrum pulcrai feminae,
nomen parentes nominarunt Claudiam,
suom mareitum corde dilexit sovo,
gnatos duos creavit, horunc alterum
in terra linquit, alium sub terra locat.
sermone lepido, tum autem incessu commodo.
domum servavit, lanam fecit. dixi, abei.

325. Posilla Senenia Quart. f. ⁝ Quarta Senenia C. l.

319. Lapis Capuae rep. = I 1212, X 4282; R. LXD; Ga. 1595. **320.** Lapis Capuae rep. = I 1213, X 3984; R. LXXVIIF; Ga. 1602. **321.** Lapis Tegiani rep. = I 1258, X 320; R. LIXF; Ga. 1717. **322.** Lapis Tiburtinus Romae in via Appia rep. = I 1006, VI 13696; R. LXIXD, enarr. p. 61, op. IV p. 735; Ga. 1323; Buecheler. anth. III 8. **323.** Monumentum Romae ante portam Esquilinam. a) inscriptio ter in monumento incisa erat; b) tabula marmorea panarii forma ad Eurysacis pistoris monumentum pertinens. = I 1013—16, VI 1958; R. LXXXVIII AD. Buech. anth. III 9; Ga. 1333. **324.** Lapis olim Romae in capite pontis S. Bartholomaei (Ga.). = I 1007; Ga. 1324; Buecheler, anth. I 20. **325.** Lapides quattuor Albani in agro Trebulae Mutuescae

---

318 *vs. 9* Potnia *Ritschelius.* 322 *Augusti temporibus titulum vindicavit Henzen, aetati Accianae Ritschelius.* 323 *Versus saturnios restituit Ritschel.* apparet *scil. magistratibus: Mommsen.* apparet[*orum*] redemptor *Braun, Henzen.* apparet: *ex monumento signis pistorii opificii ornato me pistorem fuisse: Iahn. (Abh. d. saechs. Gesellsch. d. W. 1861 p. 341).*

hospes resiste et pa[*rvo*]m scriptum perlig[*e,*
matrem non licitum ess[*e uni*]ca *g*nata fruei,
quam nei esset, credo, nescio [*qui i*]nveidit deus.
eam quoniam haud licitum [*est v*]eivam a matre ornarie[*r,*
post mortem hoc fecit a*t*q[*ue*] extremo tempore
decoravit eam monumento, quam deilexserat.

326. Eucharis Licinia[*e l.*
docta, erodita omnes artes virgo vix[*it an. XIIII*].
heus oculo errante quei aspicis lèti domu[*s,*
morare gressum et titulum nostrum perlege,
amor parenteis quem dedit natae suae,
ubei se reliquiae conlocarent corporis.
heic viridis aetas cum floreret artibus
crescente et aevo gloriam conscenderet,
properavit hòra tristis fatalis mea
et denegavit ultra veitae spiritum.
docta, erodita paene Musarum manu,
quae modo nobilium ludos decoravi choro
et graeca inscaena prima populo apparui.
en hoc intumulo cinerem nostri corporis
infistae Parcae deposierunt carmine.
studium patronae, cura, amor, laudes, decu[*s*
silent ambusto corpore et leto tacent.
reliqui fletum nata genitori meo
et ante cessi, genita post, leti diem.
bis hic septeni mecum natales dies
tenebris tenentur Ditis aeterna dom[*u.*
rogo ut discedens terram mihi dic[*as levem.*

327. *Heic est sep*]ul*t*a Quincti Ranci feilia,

reperti, nunc Genzani in aedibus Caesariniorum. = I 1306, IX 4933; R. LXXIXA, enarr. p. 70; Ga. 1874; Buech. anth. I 21. **326.** Tabula marmorea Romae rep., nunc in aedibus I. B. de Rossi. = I 1009, VI 10096; R. LXXXI; Ga. 1327; Buech. anth. I 22. **327.** Lapis Tiburtinus olim Romae in insula Tiberina; e sinistra lapidis parte vs. 1—10, e dextra vs. 11—20

325 2 pa[*rvom Henzen.* pa[*riter Ritschel.* 3 cnata *tab.* gnata *Ga.* 6 aeq . . . *tab.* aeq[*ue Henzen.* aeq[*um vel* aeq[*uom*] *Ritschel.* aeq[*uo*]m *Ga.* atq[*ue Momms.* 326 *vs. 3* OCVLⵀ *tab.* 7 hei *vel* heu *coni. Rutgersius.* haec *Pigh.* 15 infistae *tab.* *cf. e detritum in vs. 10:* properavit. 327 *Hauptii supplementa adscripsi.* 1 . . . iulia *Manut.* . . . ulia *alii* .

Quincti le]iberti, Prote, quoi fatum grave
crudeles] Parcae ac finem vitae statuerunt,
vix quom ess]et bis decem anneis nata, indigniter.
nam quod] concepit leiberum semen duplex,
quom iam] patrono pareret, auxsilium et decus
futurum ad cun]cta commoda atque incommoda
inmitis] mors eripuit sueis parentibus.
nunc illi s]ummo in luctu ac sollicitudine
prae deside]rio gnatae fletus in dies
edunt sibei esse talem ereptam filiam.
'pater mei et genetrix germana, oro atque o[*bsecro,*
'desinite luctu, questu lacrumas fundere.
'sei in vita iucunda [*ac*] voluptatei fuei
'*vobeis* viro atque ameiceis noteisque omnibus,
'nunc quoniam fatum se ita tolit, animo vo[*lo.*
'aequo vos ferre concordesque vivere.'
quas ob res hoc monumentum aedificavit [*pater*
gnatae sib*i*que [*et*] uxori hanc constituit [*domum*
aeternam ubei omnes pariter aevom degere[*nt.*

328. Primae | Pompeiae | ossua heic. |
Fortuna spondet multa | 5 multis, praestat nemini:
vive in dies | et horas, nam proprium est nihil. |
Salvius et Eros dant.

329. C. Caninius C. f. | Arn. Labeo pater.
omnes hei mei sunt: filius illum manu
ille illam mereto missit et vestem dedit;

legebantur. = I 1008; Buech. anth. I 33; Ga. 1326. **328.** Lapis Romae rep. = I 1010; R. op. IV p. 241; Ga. 1328. **329.** Tabula marmorea Romae reperta; titulum integrum tradiderunt Pighius et Ursinus; vs. 1—4 nunc perierunt, quae supersunt (vs. 5—8) hodie in museo Vaticano. = I 1012, VI 14338; R. LXXXD; Buech. anth. I 34; Ga. 1332.

Proculia vel Marulla puellae nomen exspectavit Buech. 2 proti *apogr.* 3 *infestae*] *supplevit Buech. crudeles*] *Haupt. utrumque ex carminibus sepulcralibus.* 6 pareret patrono *apogr. quom recte*] pareret patrono *Buech.* 7 [*expertam mul*]ta *Buech.* 8 *crudelis*] *Buech.* 14 iucunda vobeis voluptatei *apogr.* vobeis *ad initium sequentis versus adscripsit et* ac *inseruit Schrader (epist. crit. p. 70); idem vs. 18—20 post vs. 11 collocavit.* 20 suae gnatae sibeique *apogr.* gnatae sibique *et* uxori *Schrader.*
329 *vs. 3—6 Labeonem patrem, vs. 6—8 libertum filii loquentem fecit Momms. omnia patri attribuit Buech.* 4 mereto *Pigh.*

quoad vixi, vixsere omnes una inter meos.
eundem mi amorem praestat puerilem senexs,
monumentum indiciost saxso saeptum ac marmori
circum stipatum moerum multeis millibus.

330. *Hoc nomen ho*[spe[*s*] sei legis ne vituperes.
. . . . . . us L. f. praeco.
domicilium fecit viv]*os* aeternum hoc sibe*i*
ratus hospitiu]*m* esse, quod natura trad[*idit*
fruitusque recte es]*t reb*us cu ameiceis su*cis*;
si tu tueis fac] *vivos* utarus. vale.

331. Hospes resiste et hoc ad grumum ad laevam aspice, ubei | continentur ossa hominis boni, misericordis, amantis, | pauperis. rogo te, viator, monumento huic nil male feceris. | C. Ateilius Serrani l. Euhodus margaritarius de sacra | via in hoc monumento conditus est. viator, vale. | ex testamento in hoc monumento neminem inferri neque | condi licet nisei eos lib. quibus hoc testamento dedi tribuique.

332. *Funusque orn*]avit pulchre deces[*s*]um [*dolens*
hone]ste hoc voluit monumento am[*bustam tegi,*
et quod] rogavi ut faceret monumentum m[*ihi,*
sic i]mpetravi id ab eo, laudo benevolentiam,

330. Lapis Venusiae fonti affixa (Ga.). = I 1267 add. p. 562, IX 604; R. LXXXA, enarr. p. 71, op. IV p. 244; Buech. anth. I 48; Ga. 1733. **331.** Lapis Romae in via Appia. = I 1027, VI 9545; R. LXXXB, enarr. p. 71; Buech. Jahrb. f. Philol. vol. 74 p. 73; Ga. 1325. **332.** Tabula marmorea Romae in coenobio S. Pauli (Ga.). = I 1019; Buech. anth. I 45; Jahrb. f. Philol. 1863 p. 771; Ga. 1337.

---

330 *Buecheleri supplementa addidi.* 1 sfc sei: *cod. Chis. quae uncis* ( ) *seiunxi in lapide fracto hodie aut desunt aut evanuerunt. quae scripta sunt heic*] *Ritschel.* 2 os aeternum *cod. Chis.* monumentum fecit ipsus *Ritschel.* 4 trad *cod. Chis. sciens aeternum haud*] esse. quod natura er[*ipit* | *lepide sueis usus*]t rebus *Ritschel. dum reddendu*]m esse quod natura trad[*itur* | *scit fato: fructus*]t rebus: *alterum Buecheleri supplementum.* 6 vivos *cod. Chis. sic tu tueis multos annos*] utarus *Ritschel.* 331 *Versus senarios restituit Ritschel. op. IV 365. cf. Buecheler., Jahrb. f. Philol. 1863 p. 769.* 332 *Buecheleri supplementa adiunxi. vs. 3—8 uxori, vs. 9—13 viro tribuuntur. versus plerosque aliquo vitio metrico laborare patet cf. Buech.* 1 deces VIIII *Ga. qui in eis quae antecedunt nomen proprium supplendum esse censet: Tertiae Oc*]taviae Pulchrae; decess. VIIII . . . .
2 *vixit ca*]ste: hoc voluit monumento am[*bos condi: Ga.* 3 *virum*] rogavi *Ga.*

commu]ni heic animo duo ut essemus siti
pari coniugio, virtute, summa industria
vixi et fortunam, quoad vixi, toli.
tertia quom essem, me primam speravi fore.
quom quod sperar*am* *mecum* retinere potesse,
spe amissa voluit me fortuna heic retine[*re*.
quoniam me fortuna iniqua non sivit frui,
nihil timeo nec confido: moriundum scio.
vivam quam ornare stud[*ui*], ornavi mortua[*m*.

333. Protogenes Cloul[*i*] | suavei heicei situst | mimus
plouruma que | fecit populo soveis | gaudia nuges.

334. Cn. Taracius Cn. f. | vixit a. XX. ossa eius hic sita sunt. |
eheu heu Taracei! ut acerbo es deditus fàto!
non aevo | exsacto vitai es traditus morti,
sed cum te decuit florere aetate | iuenta
interieisti et liquisti in maeroribus matrem.

335. a) *L. Au*]relius L. l. | [*H*]ermia |
la]nius de colle | Viminale.
h]aec, quae me faato ‖ praecessit, corpore | casto |
c]oniunxs, una meo | praedita amans | animo; |
f]ido fida viro veixsit | studio parili, qu*in* |
n]ulla in a*m*aritie | cessit ab offi[*c*]io |
A]urelia L. l.

333. Lapis Preturi in agro Aquilano rep. = I 1297, IX 44—63; R. XLIXG, enarr. p. 43; Ga. 846. **334**. Lapis in agro Capuano rep., nunc Capuae. = I 1202, X 4362; R. LXXXC; Ga. 1574. **335.** Lapis Tiburtinus Romae rep., nunc in museo Britannico. a) in sinistra; b) in dextra lapidis parte. = I 1011, VI 9499; Ann. 1865 p. 311, tab. R. (Momms.); Ga. 1329.

332 9 sperarem eciemme *tab.* sperar*am* *mecum* *Haupt.* sperar*am* me ecidem (equidem) *Buech.* eccam me *Ga.* *vs. 9 et 10 Buechelerus ita in iambos convertit:* quom quod speraram me retinere etiam pote | spe amissa voluit me fortuna heic linquere. 11 fors *pro* fortuna *proposuit Haupt.* 333 *Versus dactylicos Ennii fere aetatis in epigraphico genere longe antiquissimos statuit Ritschelius:* Protogenes Cloul[*ei*] suavei[*s*] heic, ei, situst mimus: | Plouruma que[*i*] fecit populo soueis gaudia nuges. *Momms. antiquitatem affectatam esse dicens ita legit:* Protogenes Clouli suavis situs est heic mimus. 335 a) 10 qum *tab.* quin *corr. Heinsius. Mommsen.* inavarities *tradidit Sirmondus.* inavaritie/ *hodie superest.* a*m*aritie *Schrader.* quam | nulla avarities incessit ab officio *Ga.*

b) Aurelia L. l. | Philematio. |
viva Philematium sum | Aurelia nominitata |
casta, pudens, volgei | nescia, feida viro. |
vir conleibertus fui[*t*] | eidem, quo careo | eheu! |
ree fuit ee vero plus | superaque parens |
septem me naatam | annorum gremio | ipse recepit;
XXXX | annos nata necis potior. |
ille meo officio | adsiduo florebat ad omnis.

336. Tu qui secura spatiarus mente viator
et nostri voltus derigis inferieis,
si quaeris quae sim: cinis en et tosta favilla,
ante obitus tristeis Helvia Prima fui.
coniuge sum Cadmo fructa Scrateio
concordesque pari viximus ingenio.
nunc data sum Diti, longum mansura per ae[*v*]um,
deducta et fatali igne et aqua Stygia.

XXXV. Tituli dedicatorii varii.

337. *Lucei ab co*]muni restitutei in maiorum leiber[*tatem*] | *ab urbe*] Roma Iovei Capitolino et poplo Romano v[*irtutis*] | benivolentiae beneficique causa erga Lucios ab comuni. Λυκίων τὸ κοινὸν κομιcάμενον τὴν πάτριον δημο|κρατίαν τὴν Ῥωμὴν Διὶ Καπετωλίνῳ, καὶ τῷ δήμῳ τῶν | Ῥωμαίων ἀρετῆc ἕνεκεν καὶ εὐνοίαc καὶ εὐεργεcίαc | τῆc εἰc τὸ κοινὸν τὸ Λυκίων.

338. Populus Ephesius [*populum Romanum*] | salutis ergo quod o[*ptinuit maiorum*] | sovom leibertatem i . . . . | legatei Heraclitus H . . . . f. | Hermocrates Dem[*etri f.*

339. Populus Laodicensis af Lyco | populum Romanum quei sibei | salutei fuit benefici ergo quae sibei | benigne fecit.

336. Lapis Beneventi repertus, nunc in museo Neapolitano. — I 1220, IX 1837; R. LXXIXB, enarr. p. 70; Ga. 1610. **337.** Basis marmorea quadrata Romae rep. olim in Capitolio. = I 589, VI 372; Ga. 993.
338. Romae in aedibus Barberinis. = I 588, VI 373; R. LXXIIA; Ga. 990.
339. Tabula magna lapidis Tiburtini a. 1637 Romae rep. in aedibus

---

336 *vs. 5 desunt syllabae tres.* [*dilecto*] fructa *Ritschel. vixit dum*] fructa *Momms.* 337 1 *Lucei ab co*]muni *Momms. nunc.* 2 *ab urb*]e Roma *Ga. dant*] Roma *Momms.*

῾Ο δῆμος ὁ Λαοδικέων τῶν πρὸς | τῷ Λύκῳ τὸν δῆμον τὸν ῾Ρωμαίων γεγονότα ἑαυτῷ | cωτῆρα καὶ εὐεργέτην | ἀρετῆς εἵνεκεν καὶ εὐνοίας | τῆς εἰς ἑαυτόν.

340. L. Rantius L. f. Tro. Lumphieis
Λεύκιος ῾Ράντιος Λευκίου | υἱὸς Νύμφαις

341. 1 *F*]orte For[*tunai*] | donum dant | conlegiu lani | piscinenses. | 5 magistreis | coiraverunt | A. Cassi C. l. | T. Corneli Ↄor. l.

342. Forti For[*tunai*] | lanies ma[*gistres*] | L. Maeci M. l. S.... Teupilo Iuni Sal[*vi s.*

343. Forti F[*ortunai*] | violaries, ... iuc | rosaries . . cos. | coronaries.

344. 1 [*hoce ut l*]ibet don[*u*] | ..... [*d*]edit L. Aufidi D. | [*f*. ..... *de*]cuma facta | [*Hercol*]i mer*eto* iterum. | 5 [*simul*] te orat: tu es | [*sanctus*] deus, quei tou[*tam? a te*] pacem petit | [*cum*] adiouta.

345. Q. Caecilius Cn. A. Q. Flamini leibertus Iunone Seispitei matri reginae

346. P. Annaeus Q. f. Epicadus | aedem Leiberi | patrus faciund. | coir. lub. mer.

347. Venerei Erucinae

348. Venerus Heruc.

Barberinis. = I 587, VI 374; R. LXXII B; Ga. 989. **340.** Nunc in museo Neapolitano. = I 1238, X 6797; Ga. 1670. **341.** Prope Romam in luco fratrum arvalium rep. = Ga. 1139; VI 167. **342.** Ibidem rep. = Bull. 1869 p. 124 (Henzen) Ga. 1141; VI 168. **343.** Ibidem rep. = Bull. l. l. p. 125; Ga. 1140; VI 169. **344.** Bazzani in ecclesia. = I 1290, IX 3569; Ga. 1811. **345.** Epistylium in agro Lanuvino rep. Fest. p. 343 a, 14: Sispitem Iunonem quam vulgo sospitem appellant antiqui usurpabant. = I 1110; R. LXII A; Ga. 1462. **346.** = I 1469; R. XCVIII D; Ga. 2195. **347.** In monte Eryce. = I 1475, X 7253; Ga. 2202. **348.** Tegula Puteolis reperta, nunc Neapoli. = I 1495, X 8042, 1; Ga. 2255.

---

341 lanii *lapis* 342 Teupil. Q. *Henzen;* Teupilo *legendum esse contendunt Momms. et Ga.* 344 *Mediam tituli partem abesse putant Momms. et Henzen, integram esse servatam Garruccius qui ita supplevit saturnios*
Hercle h]oc tibei don[*um d*]edit L(*ucius*) Aufidi(*us*)
D[*e*] | decuma facta [li(*bens*) | mer(*eto*) iterum te orat
Tu es | deus quei tou[*a*] | pacem petit adiouta.

346 1 *Collato titulo I 1471 Momms.* Q. f. *in* Q. l. *mutavit.*

XXXVI. Tituli minores varii saec. VII. VIII.

349. 1 Q. Vibuleius L. f. | L. Statius Sal. f. | duovir. | balneas reficiund. | 5 aquam per publicum | ducendam d. d. s. | coeravere.

350. 1 M. Saufeius M. f. Rutilius | C. Saufeius C. f. Flacus q. | culinam f. d. s. s. c. eisdem q. locum emerunt de | 5 L. Tondeio· L. f. publicum. | est longu p. CXↆVIII S | latum af muro ad | L. Tondei vorsu p. XVI.

351. 1 C. Quinctius C. f. Valg. patron. munic. | M. Magi Min. f. Surus A. Patlacius Q. f. | IIIIvir. d. s. s. portas turreis moiros | turreisque aequas qum moiro | 5 faciundum coiraverunt.

352. M. M[*an*]lius M. f. L. Turpilius L. f. duomvires de senatus | sente[*nt*]ia aedem faciendam coeraverunt eisdemque probavere.

353. 1 T. Sa. Aiopi | C. V. f. magist[*r*]es de veci s[*ent.*] | opus faciund. | 5 couraverunt.

354. 1 A. Aigius C. f. | L. Runtius C. f. Sisipus | M. Fufidius M. f. | [*a*]id. de s. s. | 5 [*ad colligendas* | *aqu*]as cae[*lestes*] | clovacas faciun[*d.*] | coer. eidemque | probarunt.

355. Q. Lutatius Q. f. Q. [*n.*] Catulus cos. | substructionem et tabularium de s. s. faciundum coeravit | [*ei*]demque prob[*avit*].

356. 1 M. Caicilius *L.* f. | L. Atilius L. f. | praef. | pontem peila[*s*] | 5 faciundum | coirave[*re.*

357. A. Hirtius A. f. M. Lollius C. f. ces. fundamenta murosque

349. 'Lapis Praeneste in ruinis thermarum'. = I 1141; R. LIII B; Ga. 1493. **350.** Lapis Albanus Praeneste repertus. = I 1143; R. LII A, op. IV p. 121 sqq.; Ga. 1495. **351.** Aeclani a. 1811 rep. nunc Boniti in museo Cassittiano. = I 1230, IX 1140; R. LXX C; Ga. 1655. **352.** 'Corae in aede antiqua.' = I 1149, X 6517; R. LXVIII C; Ga. 1502. **353.** 'Paganicae in villa Dragonetti.' = Ga. 1812; IX 3574. **354.** 'Arpini in aedibus Emidii de Vito.' = I 1178, X 5679; R. LXXVI C, enarr. p. 60; Ga. 1543. **355.** Romae in fundamentis Capitolii. = I 592, VI 1314; Ga. 1000 **356.** Prope Aufidenam rep. = IX 2802. **357—359.** Ferentini in arce antiqua. **357.** Tit. uno versu scriptus est. = I 1161, X 5838; R. LXVII C;

350 q: q(uaestores) *inter vs. 2 et 3 in margine dextro legitur.*
352 1 M[*ae*]lius *Ritschel. aetati Tiberianae titulum attribuit Winkelmann. Sullanae Momms., paullo antiquiorem eum esse Ritschelius censuit.*
353 Aioli *Ga.* 354 5 *e*]ias ci[*sternas Ga.*

af solo faciunda coeravere eidemque probavere; in terram fundamentum est pedes altum XXXIII, in terram ad idem exemplum quod supra terra[*m silici*].

358. M. Lollius C. f. A. Hirtius A. f. ces. funda[*menta*] | faciunda coeraverunt eidemque probavere.

359. A. Hirtius A. f. M. Lollius C. f. ces. fundamenta | fornices faciunda coeraver[*e*] eidemque | probavere.

a. 683.

360. L. Va . . . . ci | cur. viar. | e lege Visellia de conl. sen[*t.*] | Cn. Corneli Q. Marci L. Hostil[*i*] | C. Antoni C. Fundani C. Popil[*i*] | M. Valerii C. Anti Q. Caecili. | opus constat n. ↂↂↀↆXXII.

361. *P*]upius A. f. mag. | [*pa*]g. Ianicol. porticu | [*ce*]llam culinam | [*ar*]am de pagi sentent[*ia*] | [*fa*]ciundu coiravit.

a. 692

362. a) L. Fabricius C. f. cur. viar. | faciundum coeravit. |
b) idemque probavit.
c) L. Fabricius C. f. cur. viar. faciundum coeravit

a. 693

d) Q. Lepidus M'. f. M. Lollius M. f. cos. ex s. c. probaverun*t*.
e) L. Fabricius C. f. cur. viar. | faciundum coeravit |
f) eidemque probavit.
g) L. Fabricius C. f. cur. viar. | faciundum coeravit |
h) M. Lollius M. f. Q. Lepi[*dus M.' f. c*]os. ex s. c. probaverunt.

363. L. Pápius L. f. Ter. Pollio duovir L. Papio L. f. Fal. patri | mulsum et crústum colonis Senuisanis et Caediciancis | omnibus, munus gladiatorium cenam colonis Senuisanis | et Pápieis monumentum HSↂↀↀ ex testamento | arbitrátu L. Novercini L. f. Pup. Pólliónis.

Ga. 1510. cf. X 5837. **358, 359.** = I 1163, 1162, X 5840, 5839; R. LXVII A; Ga. 1511, 1512. **360.** Lapis Albanus Romae rep., nunc in museo Tolosano. = I 593, VI 1299; R. LXXI A, op. IV p. 427 sqq. (in leges Viselliam Antoniam Corneliam observationes epigraphicae); Ga. 1009.
361. Tabula lapidis Tiburtini a. 1861 Romae rep. = I 801, VI 2219; Ga. 1133. **362.** a—h) Romae in tribus arcubus pontis de' quattro capi. abcd ab altera parte. a) d) in arcu ad sinistram; b) in medio arcu minore; c) d) in arcu ad dextram efgh ab altera parte. e) in arcu ad sinistram; f) in medio arcu minore; g) h) in arcu ad dextram = I 600, VI 1305; R. LXXXVII A—F; Ga. 1028. **363.** Lapis Carinolae

362 b) probaveit *Ga.* f., idemque *Ga.*

a. 699

364. Q Ofillius C. f. Ruf. Sex Calidenus K. f. Q. n. | T. Temonius T. l. Flac. mag. aed | Herc. d. v. s. fac. ping. c. eisdemq. pr. | Cn. Pompeio M. Licinio cos. iter. |

a. 699

365. L. Cominius L. f. A.⋮n. C. Canuleius L. f. |
T. Tullius T. f. Kanus⋮L. Hirrius L. f. Latinus |
IIII v⋮ir.
theatrum et prosc⋮enium de sua |
pecunia faciund⋮um coeraverunt |

post Caesarem.

366. L. Ateius M. f. Capito | duomvir quinq. | curiam tabularium | scaenarium subselarium loco | privato de sua pecunia c. C. N. f. coeravit. | porticus cenacula ex decurionum decreto de | sua pecunia c. C. N. faciunda coeravit idenque probavit.

in latere d. a. V. IX

367. Privatum: | precario | adeitur

368. Via inferior | privatast | T. Umbreni C. f. | precario itur; | pecus plostru | ni quis agat.

369. Itus actusque est | in hoc delubrum | Feroniai. ex hoce loco | in via poplicam | Campanam qua | proxsimum est | p. ↀCCX.

XXXVII. Sortes.

saec. VII

370. Conrigi vix tandem quod | curvom est factum [*c*]rede.

371. Credis quod deicunt: non | sunt ita; *cred*ere stultu.

in agro Falerno in turri. Ter.: Teretina; Fal.: Falerna. = I 1199, X 4727; R. XCIV A; Ga. 1573. **364.** 'Prope Montorium ad flumen Vomanum in opere tessellato.' = Ga. 1046; IX 5052. **365.** Volsiniis in epistylio; pars prior nunc deperdita est. = Ga. 1947. **366.** In ruinis Castri novi prope Civitavecchia, nunc in museo Vaticano (Ga.). c. C. N.: c(olonis) C(astri) N(ovi) = I 1341; R. XCIV G.; Ga. 1881. **367.** Lapis Capuae rep. nunc in museo Neapolitano. = I 1215, X 4480; R. LIX D; Ga. 1604. **368.** Prope Cliterniam Aequiculorum rep. = Ga. 1872; IX 4171. **369.** = I 1291; R. LXII R; Ga. 1820. **XXXVII.** Ad. Stoll, de sortibus Praenestinis, Philol. XI 1856 p. 304 sqq.; Ritschel, die lateinischen sortes op. IV p. 395 sqq., enarr. p. 4 sq. p. 89. **370.** = I 1438; R. II Q; Ga. 2163. **371, 372.** = I 1439, 1440; Ga. 2164, 2165.

---

370 curum *Suaresius.* curvom *Fabrettius.* redet *tit.* 371 ne fore stultu *tit.* non *scin* t[*e*] ita *re* fore stultu*m* *Ritschel.* non sunt ita: *credere*

372. De incerto certa ne fiant, | si sapis caveas.
373. De vero falsa ne fiant | iudice falso.
374. Est equos perpulcer, sed tu | vehi non potes istoc.
375. Formidat omnes: quod | metuit, id sequi satiust.
376. [*Mendaces*] homines multi sunt: | credere noli.
377. Hostis incertus de certo [*fit*], nisi caveas.
378. Iubeo [*o*]eti: sei sic fecerit | gaudebit semper.
379. Laetus lubens petito: | dabitur; gaudebis semper.
380. Non sum[*us*] mendacis, quas | dixti: consulis stulte.
381. Nunc[*ine*] me rogitas, nunc | consulis: tempus abit iam.
382. Permultis prosum; ubei | profui gratia n*oenu*.
383. Postquam ceciderunt sei su*nt* [*mala*] | consulis tun me.
384. Quod fugis quod iactas? tibei | quo*m* datur spernere nolei.
385. Qur petis pos tempus consilium? quod rogas non est.

XXXVIII. Execrationes saeculi VII vel VIII.

386. Quomodo mortuos qui istic | sepultus est nec loqui | nec sermonare potest, seic | Rhodine apud M. Licinium | Faustum mortua sit nec | loqui nec sermonare possit. | ita uti mortuos nec ad deos | nec ad homines acceptus est, | seic Rhodine aput M. Licinium | accepta sit et tantum valeat | quantum ille mortuos, quei ‖ istic sepultus est. Dite pater, Rhodine | tibei commendo uti semper | odio sit M. Licinio Fausto; | item M. Hedium Amphionem, | item C. Popil-

373. = I 1441; R. IIP; Ga. 2166. **374—377.** = I 1442, 1444—1446; Ga. 2167, 2169—2171. **378.** = I 1447: R. IIM m; Ga. 2172. **379.** = I 1448; Ga. 2173. **380.** = I 1449; R. IINn; Ga. 2174. **381—384.** = I 1450—1453; Ga. 2175—2178. **385.** = I 1454; R. IIO, XCVIID; Ga. 2179.
386. Lamina plumbea prope Romam in sepulcro reperta, nunc in museo

---

stultu^m *Momms.* 372 cert*um* ne fi*at* si sapis caveas *Momms.* 373 fal*sum* ne fi*at* iudice falso *Momms.* 376 [*mendaces*] *vel* [*fallaces*] *Ritschel.*
377 hostis *fit* certus de [*non*] certo nisi caveas *Momms.* de certo [*fit*] *Ritschel.* 378 iubeo et is ei sifecerit *tit.* iubeo [*o*]eti: sei sic fecerit gaudebit semper *Momms.* iubeo *ut* i[*u*]sei. si f*ax*it *Ritschel.* 379 quod dabitur *tit.* quod *om. Ritschel.* 380 non sum mendacis quas dixti *tit.* non sum mendacis qua*m* dixti: consulis stulte *Momms.* non sum[*us*] mendacis quas dixti *Stoll.* non sum mendacis qua*e* dix*ei* *Ritschel.* 381 nunc *tit.* nunc[*ine*] *Ritschel.* 382 nemo *tit.* n(*oenu*) *Buecheler.* 383 sei sum consulis *tit.* spes omnes consulis *Ritschel.* sei su*nt* [*mala*] consulis *Momms.*
384 quod datur *tit.* quom datur *Ritschel.* quor fugis? quor iactas tibei quod datur? spernere nolei *Momms.* 385 roges *exspectat Momms.*

lium Apollonium, | item Vennonia Hermiona, | item Sergia Glycinna.

387. Danae ancilla noicia | Capitonis hanc ostiam | acceptam habeas | et consumas Danae|ne; habes Eutychiam | Soterichi uxorem.

388. Helenus suom genio m*a*nibus inferis | mandat stipem strenam; lumen | suom secum defer*a*t; ni quis eum | solvat nisi nos qui licamus.

389. Dii iferi, vobis comedo si quicua sa|ctitates habetis ac t*rado* Ticene | Carisi: quodqu*o*d acat, quod icidat | omnia in adversa. dii iferi, vobis | comedo ilius memra, colore, | ficura, caput, capilla, umbra, cereb|ru, frute, supe[*rcil*]ia, os, nasu, | metu, bucas, la[*bra, ve*]rba, vitu|cola iocur, umeros, cor, pulmones | itestinas, vetre, bracia, dicit os, manus, ublicu, visica, femena, | cenua, crura, talos, planta, *d*ici*t*os | Dii iferi, si illa videro tabescete | vobis sacrum illud v(*otum*) venio ob anu versariu facere. dibus par|entibus iliu voveo | peculiu. tabescas!

